



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCLXX. Des Bischofs Dietrich Verordnung hinsichtlich der Erhebung der Zehnten in seiner Diöcese, vom 30. Mai 1363.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

ecclesie Brandenburgensis canonicis nec non strenuis ac famosis viris, dominis Henningo de Luderitz, milite, Johanne Vogelfak et Gerardo Koten, famulis, ad premissa vocatis. Datum et actum anno domini M^o. CCC^o. LXIII^o. sexta die mensis Septembris, nostro sub sigillo presentibus appenso in signum evidens premissorum.

Nach der Copie im ältern Copiaro.

CCLXX. Des Bischofs Dietrich Verordnung hinsichtlich der Erhebung der Zehnten in seiner Diöcese, vom 30. Mai 1363.

Thidericus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus universis et singulis ecclesiarum rectoribus nostre diocesis sinceram in domino charitatem. Noveritis, quod hodie jus divinum et equitatem naturalem imitantes cum concordii consilio et consensu prelatorum et presbyterorum in Synodo nobiscum presentium statuimus, quod, ubicunque infra parrochiam aliquam nostre diocesis plebanus habet tricesimam carniū et alius cujuscunque status laicus habet aliam partem decime carniū, de cetero plebanus et laicus ille simul debeat colligere totam decimam, et de illa collecta plebanus debeat recipere tertiam partem pro XXX^{ma}. sua. Etiam ubicunque inveniuntur sex tantum capita decimandarum carniū seu animalium, plebanus et alius decimam habens possit inde caput unum recipere et supplere precium equum secundum consuetudinem illorum vel vicinorum locorum illis, a quibus decime carniū seu animalium sunt recepte. Item quod, ubicunque infra parrochiam aliquam nostre diocesis plebanus habet decimam vel tricesimam predialem, videlicet frumentorum et similium fructuum, domini vel coloni prediorum seu mansorum aliquos manipulos frumentorum et similium collectos non separent nec deportent prius, quam plebanus habeat decimam seu tricesimam manipulorum hujus sibi debitam designatam. Item quod parrochiani oblationes in festis principalibus videlicet nativitatē Christi, pasce, penthecostis, et assumptionis beate Marie virginis gloriose, nec non dedicationis ecclesie sue et sancti patroni sui ad altare deo offerant vel aliter inde plebano suo satisfaciunt, quemadmodum voluerint animarum suarum pericula devitare. Quocirca discretioni vestre mandamus, quatenus hec in ecclesiis vestris vobis commissis diligenter intimetis et faciatis etiam per fratres ordinum mendicantium in sermonibus eorum et confessionibus publicari. Datum Seyeser, anno domini M. CCC. LXIII. die penultima mensis Maji nostro sub secreto.

Nach einer Copie im ältern Copiaro.

CCLXXI. Der Papp Urban V. giebt dem Domcapitel auf, einen Verstorbenen wieder aufzunehmen, am 30. April 1364.

Urbanus episcopus, servus servorum dei, filiis preposito et capitulo ecclesie Brandenburgensis ordinis sancti Augustini, salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius Simon, lator presentium, canonicus vester, quem a vestra ecclesia, sicut asserit, rationabili ejectionis absque causa ad eandem desideret ecclesiam cum humilitate redire, universitatem vestram rogamus et hor-